

et jurari volunt, tum quia rem esse indignissimam
putavi, nequissimi apostatae. nos omnes ferre con-
tumelias pro tantis beneficiis? Tuo autem Bern-
hardo congressus hic et laudi erit et imitamento.
Expecto igitur brevi tuum responsum. Vidisti quid
Becanus contra Regem Angliae? Hodie accepi
exemplum Iniquitatis à Dre. Fieglero Mulhusiensi
successore quondam discipulo meo. Sed prius lega-
ram et nolueram nisi omnia. Spero Anglos
non facituros. Nostra salia sunt ut vidisti. Ora-
mus Deum, ut in infirmitate nostra sit fortis.
B. vale cum tuis plurimam salve, Raptim
Heidelberg. 26. Junij. 1610.

114.

Johanni Brantio Rectori Scholae Wesaliensis
D. Pareus Salutem.

Quem mihi commendasti. Emiliam, accepi in contuber-
nium et convivium, licet nullo arte instructum, quo
studiosis in Academia opus est. Spero tamen bona fide
mecum actum iri. Si Veltius ad me divertisset, in tan-
tum discrimen nunquam incidisset. Sed convivium ha-
buit cum vidua, in cujus mensa summa erat licen-
tia, et conversatus est cum Belgis quibusdam pessime
moratis, quorum consortium etiam optimum quemque
corrumpere poterat. Emilio ego igitur consortio
illius prorsus interdixi, si mecum vivere cogitet. Ha-
venbergius, qui nunc ad vos redit, longe modestius
se gessit et temperatius, licet in eadem, ni fallor,
mensa fuerit. Examen meum si asperum vobis vi-
detur, mihi non item. Nihil enim in tam protervum
Apostatam asperum nimis. Neque in praefatione vi-
deo quid nimis durum. Si convitia Apostatae, metuebat
utique non abstinuisset, si vel mollissime tractatus
fuisset: neque aliud ab hoc homine expectandum, quia
fratrem amisit, neque sine ratione nomen sui
Bernhardi praefixi. Exit enim id ei pro stimulo, ut in
defensionem Opododoclas magis incumbat, sapienter
aversetur

aversetur impensius. Exemplaria haud dubie per vestram
 Bibliopola accipietis. Scripsi n. de his typographo
 dio. Interim tibi unum mitto, si forte nondum habes.
 Mitto et D. Hasseldio, qui primas n. tenet, et studium
 nostrum. Senatus commendabit. Si quid verò articulo
 fuerit, id Tuo Bernhardo jure, cedet. Imperii res valde
 turbata. In Alsatia copia lustranda confluxerunt
 pro Leopoldo. Sed studio Principum illic dissipatae
 sunt. 8000. peditum et 4000. equitum circa Sassa-
 viam nunc lustrari dicuntur pro eodem. sperant
 tamen prudentes, cum undiq. comaeatu destituant,
 sponte dilapsuros. In id nunc nostri sunt intenti, ne
 cum reliquis, quae in Asia sparsim adhuc latent
 conjungi possint. Sic cuncta funestum bellum
 non vobis solum, sed et nobis minantur. Deus paucis
 adit afflicta. Reipubl. Vale postredie. Salschatus.
 1610.

Eidem Brantis D. Pareus Sal.

175.

Laboravimus quidem, antiquissime Branti, in absol-
 vendo examine. Teutonico, sed quia typographi mi-
 nis genialiter saepe vixerunt, operasq. neglexerunt,
 ad finem perducere his mundis nequivit. Pyellas verò
 excusas mitto pro specimen, quod monstrabis Amicis,
 interim dum reliqua expediuntur, mox à mundis
 volente. Dño. Quod nunciasti de Senatus vestri
 honorario, non id mihi debetur, sed filio tuo. Nihil
 verò dum vidi. Faciam ut in hominem minime,
 ingratum benevolentiam suam contulisse, sese in-
 telligant. maxime si subsemitis responderit.
 Felicias capto et bello Alsaticis utique scriptis non-
 dum videtur peracta ad finem. Fabula. Minus n.
 spirant Pontificii, et nescio quam ligam faciendam
 denuo in perniciem nostram moluntur. Sed qui
 sedet in caelis videt, nec deerit causa sua. Nos
 interim domi gravis calamitas excepit. Amisimus
 9. Septembri ex catarrho serenissimum nostrum